

Zorka Požene!:

SALUTO TE, VENUSTE PAGE

Rursus, page venuste, te saluto.  
Tempus iam mihi nunc adest beatum,  
Cum tuam veniens amoenitatem  
Specto, deliciae meae iuventae.

Vos salvete, dies mei sereni,  
Usque laetitias mihi daturi.  
Spem certam foveo boni futuri,  
Huc rursus reditus, sodalitatís.

VALE, CARE PAGE

Care page, tu vale!	Grate page, tu vale!
Nunc eundi tempus est,	Non morarier licet,
Nunc discedere est opus	Dicitor cunctis salus!
Ac recenti mente iam	Dic amicis denuo
In mundum revertier.	Me reversurum modo
	Actis mensibus tribus!

A M I C U S

In cór meúm quodám dié venít novus  
Amicus atque ignis favens accenditur.  
Hic ignis haud modo in duobus cordibus  
Adesse debet, sed in omnibus simul.

Namque igne tali semper est opus quidem  
Cunctís homínibus ménte non carentibus.  
O quam salutare est amicum candidum  
Habere, cum longi dies sunt et graves.

L A E T I T I A

Laetitia est ingens ubertas divitiarum  
Corporis et animae.  
Laetitia est amor atque favor studiumque fidele,  
Mutua cura simul.